

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1766**

CCCCXCV. Dispensatio ab officiali bruxellensi data [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-295134](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295134)

CCCCXCV.

DISPENSATIO AB OFFICIALI BRUXELLENSI DATA  
 OCCASIONE MATRIMONII INTER EDVARDVM  
 FORTVNATVM ET MARIAM AB  
 EICKEN.

A N N O M D X C I.

*Ex Autographo.*


**H**ENRICUS VAN DER BROECKE dictus des Maretz Præbyter,  
 Decanus & Canonicus Collegiatæ Ecclesiæ divæ Gudilæ hujus  
 oppidi Bruxellensis Diocæsis nec non curiæ Archiepiscopalis Vicarius &  
 officialis, venerabili viro nobis inprimis dilecto, domino Vice-Plebano  
 dictæ collegiatæ Ecclesiæ divæ Gudilæ salutem in Domino. Nobis pla-  
 cet tibi que harum ferie committimus, quatenus recepto prius per te a  
 dilectis nobis in Christo Illustrissimo Domino Eduardo Fortunato Mar-  
 chione de Baden pro nunc in dicto oppido Bruxellensi residente & Do-  
 mina Maria van Eycken filia Domini Jodoci van der Eycken militis tuæ  
 Parochianæ solenni juramento in manibus tuis præstando, sub quo affir-  
 ment, quod non sint cuiquam alteri votis seu promissionibus matrimo-  
 nialibus quomodo libet astricti nec sciant aliquod canonicum subesse im-  
 pedimentum quo minus possent ad invicem matrimoniali vinculo copu-  
 lari, Matrimonium quod ad invicem contrahere desiderant & intendunt  
 absque aliquorum Bannorum proclamationibus desuper usquam fiendis,  
 etiam in domo aliqua particulari & hoc tempore clausa, rite & debite

fine

fine aliquo strepitu vel pompa celebres & solennizes Bannorum hujusmodi immiffione diverfitate Diocœfium & temporis claufura ftatutisque & ordinationibus defuper in contrarium editis non obftantibus quibuscunque. Quoniam fuper illis cum dictis futuris conjugibus ex gravi & urgenti caufa nobis cognita gratiofe difpenfandum duximus & difpenfamus per præfentes. quomodo tamen dicti contrahentes ab omni folennitate nuptiali choreis & levitatibus abftineant, & aliud tibi confiterit, non obftare Canonicum impedimentum. Datum & actum Bruxellæ dictæ Mechlinienfis Diocœfis fub parvo figillo officialatus noftri, quo in fimilibus fede vacante utimur. Anno Domini millefimo quingentefimo nonagefimo primo Die nona mennis Martii præfentibus fub impreflo

(L. S.)

van der BROECKE mppr.



## CCCCXCVI.

TESTIMONIUM DUORUM CLERICORUM BRUXEL-  
LENSIUM, PLEBANI ET VICE-PLEBANI DE MATRIMONIO  
EDUARDI FORTUNATI CUM MARIA AB EICKEN BRU-  
XELLIS CONTRACTO.

---

 A N N O M D X C I.
 

---

*Ex autographo.*

**N**OS CORNELIUS WORTZEL Presbyter Sacræ Theologiæ Licentiatus Infionis Ecclesiæ Collegiatæ divæ Gudilæ, oppidi Bruxel-  
*Cod. Dipl. P. III.* U